



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 110. Catalogus librorum hæreticorum a Facultate Theologica
damnatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Sæc. XVI. Deum peccati auctorem ediceret, in
A.C. 55^a. quo sane nullam Calvino calumniam
 impegerat, hinc idem hæresiarcha
 quosdam ad Bernenses ablegabat, ut
 iis præsentibus caussam suam agere
 permitteretur; verebatur enim Calvi-
 nus, ne ejusmodi accusatio a suo ad-
 versario detecta, Bernenses a pristino
 in eum affectu avocaret. Verum hi cir-
 ca ejus doctrinam judicium ferre, aut
 declarare, an vera esset, vel falsa, re-
 nuebant, in hoc solo Calvini precibus
 deferentes, quod Bolsecum ex Pag-
 sui finibus excedere juberent. Huic
 etiam mandato morem gerens Bolsecus
 in Franciam rediit.

§. CX.

Catalogus librorum hæreticorum Facultate Theologica damnatorum.

Argentre **Collecti jud.** **tom. 2.p.164.** Interea Facultas Theologica conventu-
 habito librorum prohibitorum Cata-
 logum, de quo alibi mentionem feci-
 mus, die sexta Octobris hoc anno ap-
 probabat. Horum librorum discilio
 septem omnino annos tenuit, tandem-
 que censuræ initium dabatur a quadam
 præfatione, in qua libros perversos ab
 utilibus segregandi necessitas expone-
 batur, ut exinde fideles dignoscere va-
 lerent, quæ tuto perlegere, quæve de-
 clinare

clinare debeant: ut vero adhuc magis Sæcul. XVI.
hujus discussionis necessitas comproba- A.C. 1551.
retur, Facultas SS. Cypriani, Hilarii,
Chrysostomi, Ambrosii, aliorumque
testimonia adduxit, nec etiam S. Hie-
ronymum silentio prætereundum cen-
suit, cum hic de scriptoribus Ecclesia-
sticis librum edidisset, in quo hæreticos
unacum Catholicis recensebat, quod
idem etiam præsttit S. Augustinus in
suo libro, quem adversus suæ ætatis hæ-
refes composuit, & ante eum Sanctus
Epiphanius idem præsttit.

Postea in præfatione ista subjunguntur: *Hoc autem remedium eo magis est ne- cessarium, quo studiosius hactenus negotio fidei promovendo, hæresiisque extirpationi Rex noster Franciscus I. re, & cognomento Christianissimus minime defuit: hinc nos quoque vocationis nostræ non immemo- res, in tanto fidei negotio, & discrimine, tantisque infelicitis hujus sæculi tumultibus, haud quaquam cessatores egimus: dici enim non potest facile, quantis sudoribus adver- sus hæc dogmata invigilaverimus, dum nunc ab Episcopis, nunc a Senatu, nunc a Pro- vinciarum præsidibus super hæreticis propo- sitionibus, & libris rogati, ut de ea, quæ in nobis est, fide rationem redderemus, to- tots pæne dies eam in rem, noctesque impen- dimus.*

Q 2

Porro

Sæcul. XVI. Porro hæreticorum sunt nonnulli, q.
 A.C. 1551. manifeste, & palam sua dogmata obtrude
 re non verentur. Sunt & alii, qui supp
 cii metu oblique, & secreto ea auditoria
 suis ingerunt, qua ex re fit, ut pervers
 rum librorum diversa genera circumferan
 tur, quibus corda fidelium seducuntur. Sunt
 autem ex illis libris quamplurimi, qui a
 thorum suorum nomina fronte præserunt,
 eorum scilicet hæreticorum, qui jam deplo
 rati, de sua gloriantur insanis. Sunt
 qui suppresso nomine, vanissimis titulis ador
 nantur. Sunt & qui neque præli, ne
 officinæ excusoriae, sed neque vici, aut C
 uitatis nomina exprimant, a quorum libri
 ne summopere cavendum est piis hominibus.
 Sunt & alii, qui veris auctorum nomi
 bus suppressis, ut facilius lectors ad sui lo
 citationem illiciant, Catholicorum, San
 ctimque virorum nomina pro titulis habent.

Quam ob rem quis Orthodoxus, &
 ritatis, lucisque Christianæ amator, non
 perspectum habeat, horum librorum farro
 ginem, & ingentem congeriem non aliud
 quam a principe tenebrarum profectam esse
 qui lucis, & veritatis inimicus, non nisi te
 nebras amet. Verum quia difficile est ab
 modum simplicibus viris, & non satis in
 Scriptura exercitatis, adulterinos libros,
 & pestiferos a salubribus dignoscere, ob
 idque saepius obtrudantur impii pro Ortho
 doxis, multorum precibus, & quotidianis

efflagitationibus obsequentes, æquum duxi- Sæcul. XVI.
illi, q^{uod} obtrudo
i suppli- mus, & veris Christianis (quibus neque fas A.C. 1551.
ditoribus est, neque tutum, horum lectioni incumbe-
perversione
umferantur. Sed
qui co- re) apprime conducibile, libros omnes, qui
m deplo- in manus nostras devenerunt (sunt autem
Sunt, qui latenter adhuc, sunt, qui quoti-
lis ador- permulti, qui latent adhuc, sunt, qui quoti-
aut C- die in lucem recenter prodeunt, quos, cum
minibus. in manus nostras venerint, in alterum Ca-
nominis- catalogum redigendos curabimus) suis nomi-
tui. Sunt, nis designare, ut compertum habeant, &
Sunt, qui intelligent, sive Ecclesiarum Præfecti, &
Præfules, sive Magnates, & Principes, si-
ve Senatores, & provinciarum Præsides, a
quorum lectione librorum subditam sibi ple-
bem arcere debeant. Sunt autem ex eorum
numero quidam plane hæretici, flammisque
digni. Sunt & qui suspicione hæreses ve-
hementer laborant. Sunt, qui offendicu-
lum, & scandalum præbeant. Sunt, qui
blasphemias suboleant. Sunt &, quos non
expeditat reipublicæ Christianæ in lucem, &
vulgus emitti. Sunt & alii permulti, quos
ad plenum discussos, execrandis scatere er-
roribus deprehendimus, atque tandem una
(pro more) congregati, coeuntibus omni-
um in unam sententiam judicii, in Cata-
logum redeginus.

Porro in hoc Catalogo, non modo
Latini, sed & Galici libri sedulo desig-
nantur, atque inter primos recensentur
libri, qui postea juxta Ordinem Al-
phabeticum juxta Auctorum cognomi-

O 3 na

Sæcul. XVI na indicantur , quos inter ipsa etiam
A.C. 1551. Erasmi opera enumerantur. Postea
describuntur libri , quorum Auctores
sunt incerti : nec minus libri Gallici,
quorum Scriptores cogniti erant, ser-
vato Ordine Alphabetico recensentur:
demum vero Auctores incogniti refe-
runtur.

§. CXI.

Fæsuarum conatus pro Societate in Gallis stabilienda.

*Bouhours
vie de S.
Ignace l. 4.
pag. 331.
Orland. l. 10
n. 107. &
108.*

Hucusque S. Ignatii Societas semper
magna , quibus fese in Francia sta-
bilire præpediebatur , experta est obsta-
cula:cum vero inter Socios nullus Par-
isiis esset , qui illius Palatii in Cythare
platea siti , quod eis Guilielmus de Pra-
to Claromontanus Episcopus dono de-
derat , eosque ibidem excepérat , po-
fessionem adire , ac supremi Præpoli
nomine annuos redditus ab eodem Pra-
fule ad eorum sustentationem assigna-
tos acceptare posset , hinc sanctus Igna-
tius hunc obicem submoturus Joanni
Baptistæ Violæ , qui ad Collegium Lon-
gobardorum cum suis sociis antea ibi-
dem agentibus habitatum venerat , per
literas injunxit , ut in Episcopi Claro-
montani manibus solemnia vota nuncu-
paret , spe concepta , quod hoc pacto
Socii regias literas , quibus in Reg-
num